

196
 mori, sed rursus excitandos, interea in Domino obdormire.
 2 Coemeterium ut corporibus christianorum humandis deserviat, prius in locum religiosum per Episcopum solemniter ritu erigendum, & consecrandum est. (Ad idem leg. 1. & 4. tit. 13. part. 1.)
 3 Hujus ritus consecrandi, seu benedicendi coemeteria videtur etiam Sanctus Gregorius Turonensis de gloria Confessorum, cap. 106. meminisse; adeo ut consecrationem coemeterii cum ipsa quodammodo ecclesie consecratione cepisse affirmari possit.
 4 Immo coemeterium tamquam partem, & appendicem, aut verius aream, vel porticum ipsius, una quasi consecratione cum ipsa ecclesia consecratum fuisse, innuere videtur Innocentius III. tit. de consecr. eccles. scribens: *Coemeteria vero in quibus excommunicatorum corpora reperiuntur per suorum violentiam propinquorum, reconsecranda erunt aspersione aque solemniter benedicta, sicut in ecclesiarum dedicationibus consuere.*
 5 Coemeterium per solemnem benedictionem e loco profecto effici locum religiosum; immo tamquam ecclesie appendicem etiam de jure immunitatem localem esse indultam, compertum est.
 6 Ecclesias, & coemeteria tamquam loca religiosa junxit Concilium Lugdunense sub Gregorio X. decernens *Ut cessent in ecclesiis earumque coemeteriis negotiationes, & precipue mundanarum ac fortis cujuscumque tumultus, omnis in eis secularium judiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per laicos criminalis agatur, sint loca eadem a laicorum cognitionibus aliena.*
 7 Coemeteriis tamquam locis religiosis specialem venerationem deberi, ex pluribus patet, quae ad eorum decorem, & venerationem conducunt. Synodus enim P. II. Cameracensis tit. 13. cap. 6. statuit: *Coemeteria diligenter sepiantur, & claudantur, nec animalia in eisdem ad pasendum admittantur.* Quod interdixisse quoque videtur Synodus D. Mechlunensis tit. 11. cap. 16. ubi statuit: *Ut coemeteria muris, fossis, aut sepiibus ita circumdantur, ut equis, vaccis, porcis, aliisque similibus animalibus nullus pateat accessus.*
 8 Ita ut profanas omnes actiones synodi volunt ad coemeteriis abesse, & generaliter nihil in eis permitti, quod loci religioni ac sanctitati repugnet; ut speciatim colligitur ex Concil. Lugdun. sub Gregor. X. in cap. 2. de immunit. eccles. in 6. quod nominatim de coemeteriis loquens, statuit: *Ut cessent in ecclesiis earumque coemeteriis, negotiationes, & precipue mundanarum ac fortis cujuscumque tumultus.*
 9 Ex ipsius coemeterii benedictionis formula, quae hodie in Pontificali legitur, sat constat coemeterium unice benedici ad inhumationem corporum christianorum; adeo ut summus abusus dicens sit mos hodiernus promiscue sepeliendi in ecclesiis.
 10 Admissio in coemeterio ad ecclesiasticam sepulturam videtur esse species quaedam communionis.
 11 Hinc est quod excommunicatis, aliisque, quibus in vivis non communicamus, non tantum sepultura sit neganda; sed insuper per eorum in loco religioso, sive coemeterio sepulturam, locus ipse polluit, seu profanari censetur, earum saltem, ut divina officia ibidem agi nequeant, ne ecclesia illud ibidem sepultum in sua communione recipere videatur, neque ullus fidelis eo loco sepeliri possit ne per eam inhumationem cum excommunicato ibidem sepulto, cum quo in vivis communicare non poterat, post mortem communicare videatur.
 12 Unde conformiter ad plurimos synodorum canones Innocentius III. in cap. 12. tit. de sepulturis, respondit: *Si contingat interdictum, quod vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum, vel alio casu in coemeterio ecclesiastico tumulantur, si ab aliorum corporibus discerni poterint, exhumari debent, & procul ab ecclesiastica sepultura factari.*
 13 Coemeteria non secus ac ipsae ecclesiae hodie ubique asylo gaudent, quia scilicet tamquam loca sacra solemniter ab Episcopo benedicuntur, & humandis fidelium cadaveribus specialiter deputantur; ut latius ostendit Gambacurta, in suo speciali de hac immunitate tractatu lib. 4.

cap. 3. (Vide addit. novis. hisp. supra pag. 6. in fin. col. 2. circa in num. 13. exposita recognoscere lit. 1. pag. 23. in addit. hispan.) ***

COGNATIO LEGALIS.

COGNATIO legalis oritur ex adoptione, qua quis liberos naturales non habens, alienum sibi in filium adoptat.
 Cognatio, quam adoptio parit, civilis, & legitima, seu legalis, ad differentiam cognationis naturalis, appellatur leg. 4. §. 2. ff. de gradibus; quia sola lege adoptio nititur, & actus est mere civilis.
 Cum autem per legem ideo inducitur sit adoptio, ut, si qui natura filius non erat, filius per legem efficiatur adopti, consequens visum est, ut nec inter hos per matrimonii vinculum alia connexio seu necessitudo intercedere debeat.
 Itaque civilis haec cognatio impedimentum matrimonii contrahendi inter adoptantem, & adoptatam, & generaliter inter omnes personas quae per adoptionem liberorum, & parentum loco sunt, induxit; idque etiam soluta adoptione per emancipationem, leg. 17. & 55. ff. de ritu nuptiarum.
 Quod impedimentum ulterius leges extendunt ad adoptatum, & filias naturales adoptantis; quasi jure fraternitatis, quod inter adoptatum tamquam filium legale adoptantis, & hujus proles naturales intercedit; haec tamen differentia, quod hoc fraternitatis impedimentum solvitur, soluta per emancipationem adoptione, dist. leg. 55. §. 1. quia post emancipationem, ait, extraneus intelligitur.
 Hoc impedimentum ad legum auctoritate primum inductum, ecclesia quoque recepit, usque mentio fit apud Gratian. in cap. 6. caus. 30. quest. 3. & in capit. unic. tit. de cognat. legalis, ubi ex responsis Nicolai I. ad consulta Bulgatorum refertur: *Si qua per adoptionem mihi soror esse coeperit, quamdiu durat adoptio, inter me & ipsam nuptia consistere non possunt.*
 Nec legitur, ecclesiam circa hoc impedimentum aliquid mutasse; nec quidem innovavit ipsa Synodus Tridentina, ut monet Cujacius ad titulum decretalium de cognatione legali; qui credit etiam hodie fraternitatem legalem constituere impedimentum dirimens; nimirum durante adoptione; quae modo dicitur legibus constitutum erat, & ipse Nicolaus I. respondit.
 Quae adducit Auctor noster quoad hanc cognationem, vide verb. Impedimenta matrimonii art. 1. numer. 61. ad 63. ***
 (Prohibetur hoc casu, ut inter adoptantem, & adoptatum, etiam adoptio finita, matrimonium contrahatur; secus inter filios naturales, & adoptivos: quocumque tempore, sive adoptio finita, sive non, inter hos dumtaxat contractum sustinetur: dato propter cognationem inter uxoris adoptantis, & adoptiatum, ac inter adoptati uxorem, & adoptantem impedimento, etiam adoptione non subsistente, de jam de facto matrimonium contractum dirimitur: leg. 7. & 8. tit. 7. part. 4. vide tit. 22. lib. 4. For. Reg. & tit. 16. part. ejusd. 4. in quibus denotatur quid sit adoptio: *quatuorplex: quis adoptare, & adoptari possit: vis, & ejus effectus: quando adoptatus ex adoptantis potestate exeat, & qualis eorum successio.* Vide lit. E. pag. 332. verb. Eunuchus.)

COGNATIO SPIRITUALIS.

De cognatione spirituali, vide verb. Baptismus art. 7. per tot. verb. Confirmatio art. 3. verb. Impedimenta matrimonii art. 1. d. numer. 47. ad 59. quibus adde sequentem hanc casum, qui hoc afferunt.
 Cognatio spiritualis an fuerit contracta in hoc casu dubitatur. Petrus & Ana conjuges elegerunt in suscepi-

res in Baptismo filii Andream & Lauram, sed adveniente tempore Baptismi, audiens Andreas de Petro fuisse electam Lauram in commatrem, rogavit Petrum, ut illa posthabita eligeret Rosam: replicavit Petrus se id facere non posse citra injuriam; cui responsioni Andrea non acquiescente, idem Petrus omnia reulit Parocho, & facta expressa declaratione animi sui quod nullo pacto intendebat Rosam in commatrem habere; Parochus consilium dedit, ut ambae admitterentur, sed pollicebatur expresse se nullatenus admissurum Rosam ad tangendum infantem. Cui consilio Petrus acquiescens designavit etiam Rosam in commatrem; ista autem praeter intentionem Petri, & promissionem eidem Petro factam a Parocho, infantem in actu Baptismi simul cum Laura tetigit. Queritur an fuerit contracta compaternitas etiam inter dictam Rosam, & Petrum, ac potius solum inter Petrum, & Lauram; Sac. Congr. in Aquis. 10. Martii 1631. censuit contraxisse etiam cum Rosa, quia fuit designata; sic ex Sello refert Barbosa collectan. dec. apost. verb. Cognatio spiritualis num. 10. Vide ut supra cit. verb. Confirmatio art. 3. verb. Impedimenta matrimonii d. numer. 48. ad 59.
 *** Ad cognationis legalis imitationem, & exemplum comparata est cognatio spiritualis, atque impedimentum matrimonii ex ipsa profertur. Sicut enim adoptans adoptatum sibi in locum filii assumit & habet; ita quoque susceptor, sive patrinus recipit baptismum in filium suum spirituale, id est, ut illi patris spiritualis loco sit, sive ejus curam spiritualem tamquam alter pater gerat.
 Hanc cognationem spirituales, & ex ea resultans impedimentum matrimonii, notam fuisse in ecclesia graeca seculo VII. manifestum est ex canon. 53. Synodi VI. in Trullo, ubi Patres dicunt: *In nonnullis autem locis cognovimus quosdam, qui ex sancto, & salutari Baptismate infantes suscipiunt, postea quoque cum matribus eorum viduis matrimonium contraherent, statumus, ut in posterum nihil fiat hujusmodi. Si qui autem post praesentem canonem hoc facere deprehensi fuerint, ii quidem ab illicito matrimonio desistant: deinde & fornicatorum poenis subjiciantur.*
 Hanc omnem cognationem, atque exinde resultans impedimentum, esse ex jure mere positivo, sat ostendit varia quae diverso tempore, & in diversis ecclesiis circa haec fuit disciplina.
 Synodus quoque Tridentina nullam hic divinam legem, quae impedimentum hoc induxisset, aut ad certas personas extendisset, agnoscens, illud contra jam pridem stabilitam disciplinam in multis restrinxit: *Eo quod decreet experientia propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contracti matrimonium, in quibus vel non sine magno peccato perseveraverit, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur.* Uti loquitur cap. 2. sess. de reformat. matrimonii.
 His incommodis occurrere volens synodus statuit: *Ut unus tantum, sive vir sive mulier, iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum unus & una baptismatum de Baptismo suscipiant; & inter ipsos ac baptismatum ac illius patrem & matrem, nec non inter baptismatum, baptismatique patrem ac matrem, spiritualis cognatio contrahatur.*
 Ex hoc decreto modernam ecclesie disciplinam circa cognationem spirituales metiendam esse compertum est.
 Hinc contra dispositionem veterum canonum, & capit. 1. tit. de cognat. spirituali hodie valet matrimonium contractum inter filiam suscipientis, & baptismatum, uti censuit Sac. Cong. apud Fagn. ad dist. cap. 1. numer. 4. neque ultra personas in decreto antedicto expressas impedimentum extenditur.
 Cognatio spiritualis contrahitur inter conjuges, si alter eorum prolem communem suscipiat, vel baptizet extra casum necessitatis; quae cognatio impedit usum conjugii, saltem donec Ordinarius dispenset.
 Ob quam cognationem tamen Gratianus affirmat, quod mulier a viro suo non sit separanda; quod & de viro similiter oportet intelligi. Et hanc conclusionem sequuti Pontifices, ac signanter Alexander III. in capit. 2.

tit. de cognatione spirituali, respondit: *Quid sive ex ignorantia, sive ex malitia, propriam filium de fonte suscepit, non esse ad inuicem separandos, nec alter alteri debitum debere subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci.*
 Quae de cognatione contrahenda in Baptismo decrevit Synodus Tridentina, eadem servati voluit in ea cognatione, quae ex confirmatione contrahitur, ut scilicet haec extra confirmationem & confirmatum, illiusque patrem, & matrem ac tenentem non egediat.
 Cum nontantum per Baptismum sicut dicitur regenerari, sed etiam per sacramentum Penitentiae, tamquam per secundas naufragitabulas, hinc & creditum jam pridem fuit, inter penitentem & sacerdotem, spiritualem quendam cognationem oriri, alicque Gratianus ad causam canonis 7. dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis, quae ei peccata sua confiteri. Unde peccatum carnis inter illos gravius est, graviusque puniendum.
 (Vide lit. B. pag. 283. colum. 2. in addit. hispan. ibique tit. cit. 7. part. 4. in quo exponitur: *Quid sit compaternitas: quatuorplex: inter quos contrahatur, sive ex Baptismo, & Confirmatione proveniat: inter quos non detur impedimentum ad contrahendum: quod dirimitur inter spirituales, & naturalem cognationem quando non sunt conjuges separandi, etiamsi Baptismum filio contulerit pater, vel eum ad confirmandum praesentaverit.*)
 COGNATIO NATURALIS.
 Vide verb. Impedimenta matrimonii art. 1. numer. 28. ad 47. (Vide lit. A. ex pag. 77. ad num. 80. colum. 1. lit. D. pag. 95. vers. In quinto: & seq. recognoscatur idem verb. Impedimenta matrimonii.)
 COLLATIUNCULA.
 Die jejunii. Vide verb. Jejunium art. 1. d. numer. 14. & 41. ad 46.
 COLLEGIUM, COLLEGIATA.
 SUMMARIUM.
 1 Coenozotia qua habeat synonyma, unde dictum, & quid sit, ad n. 2.
 2 Universitas, & Communitas unde sint dicta, & quid sint, ad n. 4.
 3 Ad constituendum collegium quot persona requirantur, ad n. 8.
 4 Quot persona constituant universitatem.
 5 Quamvis alia universitatis nomine censentur.
 6 An quandoque jus universitatis in una dumtaxat persona consistere possit.
 7 Quot persona sufficiant ad constituendam Congregationem, familiam, parochiam, populum &c. ad n. 18.
 8 Collegiata a quo sit erigenda, ad n. 21.
 9 Quae sint jura episcopalia circa collegiatas, ad n. 31.
 10 Collegiatae ecclesiae quibus & quod modis probetur in dubio, ad n. 50.
 11 Quae collegiata auctoritate insignitur, & quomodo non insignibus precedat, ad n. 57.
 12 An Canonici possint de bonis ecclesiae privilegia sibi comparare, ad n. 59.
 13 Quae sint collegiarum ritus, caeremonia, status, praerogativa, jus procedendi, onera sibi injuncta &c. ad n. 76.
 14 Subnectuntur Additiones ex aliena manu, ad n. 95.
 15

COLLEGIUM, universitas, communitas sunt synonyma, seu idem importantia, ut dicitur Joannes Monach. & Joann. Andreas in cap. Romanas 5. de sentent. excommunic. in 6. & Fagnan. in cap. Responso 43. de sent. excomm. num. 35. Collegium dicitur quasi unum collectum, & est societas collegiarum in uno corpore positum secundum Joann. Monach. & Joann. Andr. loco citato, vel ut dicit Probi. in eod. cap. Romana num. 6. Collegium est collectio plurimorum rationabilium, constitutus unum corpus representatum. Universitas secundum Joann. Monach. & Joann. Andr. loc. cit. dicta est ab universo, & universum dicitur quasi in universum, cum scilicet plures habent jus, vel causam vertendi se in unum, ut faciunt universitatem, eo quod requiratur hoc esse concessum ab his, qui super hoc jus habent ut leg. 3. ff. de colleg. illicit. Unde, ut ipsi definiunt, universitas est plurimorum corporum inter se distantium uno nomine specialiter esse deputato collectio. Vel secundum Oldrad. cons. 315. circa istud: Universitas est multorum in unum congregatio eidem capiti subjectorum. Communitas dicta est ad communi, & est commune compositum a cum, & munium, id est, officium, quasi communitio plurimorum in unum officium; cap. Consulti, de procurat. ut qui habent arcam communem, sigillum commune, unum Rectorem, & similia, arg. cap. Dilecti, de excessibus Prælatorum, & notat Bald. in cap. Cum omnes de constit. num. 35. Fagnan. loc. cit. num. 36. Hinc juvat observare, quod ad constituendum collegium requiruntur tres; leg. Neratius ff. de verb. signific. Jus autem collegii conservari potest in duobus, immo & in uno, cap. 1. ubi Gloss. de elect. Gloss. in cap. Statutum, verb. Collegiat. de elect. in 6. Fagnan. in cap. Cum sit ars, de estat. & qualis, num. 33. & 34. At tunc non erit collegium actu, sed habitu, seu virtute. Fagnan. in dict. cap. 1. de elect. num. 30. Pirhing. in Jus canon. lib. 1. tit. 6. num. 12. Istud autem Jus, quod in uno remanet, non retinet pro se ipso, sed pro collegio. Gloss. in leg. Neratius, ff. de verb. signific. Gloss. in cap. 2. de postulat. Prælator. verb. Pauciores in fin. Adeo ut nomine collegii, si non potest eligere seipsum (prout plures volunt) poterit tamen alium eligere in totius collegii Prælatum, Gloss. in dict. cap. 2. de postulat. Prælator. cum aliis pluribus, quos allegat, & sequitur Passerin. de election. cap. 10. quest. 1. num. 8. Ad constituendam universitatem sufficiunt quinque persone, ut notat Bald. in d. cap. 1. de elect. num. 8. per text. in leg. Fient, codic. de testament. Et per Gloss. in leg. Sicut ad fin. ff. Quod cujusque univers. nom. Universitas potest constitui per tres, & Gloss. sequitur Bartol. in leg. Præter la secunda n. 1. ff. de vi bonorum raptorum: Et universitatis nomine censetur Synodus, Concilium, Cætus, Consentus, de quibus Isidor. in cap. 5. dist. 15. Fagnan. loc. cit. num. 35. Et universitati Jus propter casus supervenientiam conservari potest etiam in una persona; leg. Sicut, ad fin. ff. Quod cujusque univers. nom. & notat Gloss. in cap. 1. de elect. & in cap. Gratium, de postulat. Prælat. (Conducit lex 26. tit. 31. part. 3.) Ad constituendam congregationem sufficiunt duæ persone; cap. 1. de elect. Fagnan. in cap. Vestra 7. de cobabit. Cler. & mulier. n. 91. Ad constituendam familiam requiruntur plures duobus, leg. Detestatio 40. ff. de verb. signific. Ad faciendam parochiam sufficiunt decem homines, Fagnan. loc. cit. in dict. cap. Vestra num. 89. Ad constituendum populum sufficiunt decem homines, cap. unice. 3. caus. 10. quest. 3. gloss. 1. & Doctores in cap. 1. de elect. Fagnan. in cap. 16. Responso 43. de sent. excomm. Item plures, quam decem, vel quinquedecim faciunt turbam; leg. Prætor ait, §. 1. ff. de vi bonorum raptorum. Item gregem ovium decem oves: Porcorum vero quatuor, vel quinque faciunt; leg. Oves, ff. de abig. Nicol. in floscul. verb. Grex. (Vide circa antecedentia lit. A. pag. 16. col. 1. lit. B. pag. 172. præcipue in addit. hisp. novis. p. 181. ad num. 5. pag. 191. ex n. 18. ad 26. seq. pag. & lit. P. pag. 15. num. 41.) Collegiata non potest erigi nisi per Papam, quia collegia non nisi potestate Principis supremi erigenda sunt, leg. 3. §. In summa, ff. de colleg. illicit. & sic probat

inconcusca observantia, quod scilicet collegiatarum erectiones fiant semper à Papa, ut testatur Card. de Luca de benef. dic. 14. n. 13. (Ad rem addit. hisp. pag. 356. lit. B. n. 3.) Loter. de benef. lib. 1. quest. 14. n. 43. & 44. Barb. de Jur. eccler. univ. lib. 2. cap. 6. n. 1. Rota dec. 1064. n. 5. cor. Emeris jun. dec. 331. num. 5. part. 4. tom. 1. dec. 99. n. 9. part. 7. dec. 32. num. 9. cum sequent. & dec. 297. num. 2. part. 17. recent. & in montis regalit. prioratus 2. Maji 1701. §. Atque, cor. D. Ansaldo, atque ita pluries respondit Sacr. Congr. Episcop. & signanter in Tropien. 22. Jul. 1588. in Messana 4. Jun. 1602. in Auriem. 23. Maji 1614. & Sacr. Congr. Conc. in Conversana 27. Jun. 1629. & ead. Sacr. Congr. in Catanten. erectionis collegiata 1. Septembris 1691. in qua proposito dubio: An erectio collegiata, facta per Episcopum in aliu vilitationis ecclesie S. Antonii oppidi S. Philippi de Agira sustineretur? responsum fuit, Negative. Et de quodam motu proprio Clemen. VIII. prohibitis de cetero Episcopis erigere parochiales in collegiatis, testatur Rebuff. in prax. tit. de erect. in colleg. in fin. vers. Quidquid autem; & ex Tordin. resol. benef. part. 2. cap. 2. §. 2. num. 10. & Cardin. Petra tom. 3. comment. constitut. 7. Innocent. IV. num. 11. Adeo ut erectio facta etiam cum reservatione beneficii apostolici nulla sit, antequam obtineatur; Sacr. Congr. Episcop. in Nigellaren. 16. Mart. 1612. in una montis regalit. 27. Novembris 1654. in Syracuseana 30. Aprilis 1655. Sola enim auctoritate Episcopii collegiata nunquam potest erigi, sed semper debet recurri ad Papam, qui erectionem concedit, dummodo votum Sacr. Congr. Conc. (ad quam remittitur preces) sit favorabile; quæ regulariter pro concessione solent inclinari, quoties concurrant sequentia. Prima: Qualitas loci nota digni. Secundo: Docilitas, civilitas, & numerositas populi, & Clericorum. Tertio: Structura decora, & capacitas ecclesie in collegiatam erigenda. Quarto: Abundantia, decencia, & pretiositas sacrarum suppellectilium. Quinto: Dos congrua pro præbenda Canonicozum, & distributionibus, quæ regulariter metiuntur à qualitate loci, & consuetudine aliarum collegiatarum illius provincie, adeo ut aliquando admiserit summum scutorum sexdecim pro unoquoque Canonico, præter distributiones, ut in una Saranen. 26. Januarii 1704. licet non haberit effectum propter liem ortam super pertinentia ecclesie inter postulatorem, & cathedralem. Sexto: Si conditiones foundationis, & erectionis non sint exorbitantes à Jure. Septimo: Si angeatur divinus cultus, & concessio nemini inferat præjudicium. Octavo: Si Episcopus approbet, & laudet erectionem; sic refert Monacell. tom. 1. tit. 13. form. 6. num. 8. Licet autem collegiata erectio nequeat fieri de novo ab Episcopo ex usque adductis; posita tamen erectione collegiata re facta auctoritate Summi Pontificis, si contingat collegium deficere ob mortem, v. gr. Canonicozum, vel aliam consimilem causam, ex qua licet desinat esse collegiata actu, remanet tamen adhuc talis habitu, ut per Felin. in cap. Accedentes, de præsumptionibus numer. 2. vers. Ponit etiam: Innocent. in cap. Postulasti de Jure patronatus num. 1. Archidiacon. in cap. Licet Canon. de elect. in 6. num. 2. Mascard. de probat. conc. 584. num. 5. Barbosa lib. 2. juris eccler. univ. cap. 6. num. 9. cum aliis, quos refert, & sequitur Rota in Cremonensi præparatura 25. Februarii, 1622. cor. bon. mem. Rambaldo, & dec. 221. part. 6. recent. num. 25. & 26. In tali casu redductio collegialitatis ad actum poterit fieri ab Episcopo, cum non sit erectio; sic dict. Piton. tom. 2. discept. 8. num. 24. Fuscus in visitat. lib. 2. cap. 1. num. 3. in fin. Cardin. Petra loc. cit. num. 12. ubi num. 13. subjungit, quod si agatur de collegiata jam erecta tempore, quo vigeat operum, ut posset ab Ordinario erigi, tunc similiter judicari debet juxta illud tempus, & non secundum opinionem posteriorum contrariam, ut notat Rota dec. 141. num. 12. cor. san. mem. Alexand. VIII. & citat. dec. 104. num. 5. & sequent. cor. Emeris junior. ita ut præscriptio validitatem erectionis inducat per spatium temporis centum annorum, & consensus Papa præsumitur, si fuerit in statu collegialitatis, saltem implicito, donec contrarium declaratur. Ex an-

antecedenti enim statu collegialitatis presumitur ejus continuatio. Doctores in leg. Sive possidetis, codic. de probat. Rota dec. 4. de probat. & dec. 41. num. 120. part. 2. dicitur. & dec. 221. num. 8. part. 6. recent. & late Monach. lib. 6. præsumpti. 64. quod procedit etiam quando agatur de re multum remota; Rota in Comment. decimar. 11. Mart. 1611. cor. bon. mem. Cardin. Sacra-mento cit. fin. & dict. dec. 221. num. 9. part. 6. recentior. Status enim collegialitatis non dissolvitur nisi tribus modis, nempe vel volentibus omnibus collegialibus, vel etiam ipsis iniunctis ex factis superioris supremi, vel casu per mortem omnium, ut raduat Doctores in cap. Dilecta, de excessibus Prælatorum, & Rota part. 6. recent. de dec. 221. num. 21. Nec collegiata suppressio, nisi unquam justificata dicitur, nisi de auctoritate superioris supremi facta appareat; Gloss. in cap. Statutum num. 23. verb. Collegiata de elect. in 6. Gemin. in cap. Licet numer. 6. ante fin. vers. 3. causa eodem tit. Felin. in capit. Accedentes de præsumptionibus. num. 2. vers. Ponit etiam istis signis; Rota part. 1. recent. dec. 163. num. 4. Quæ tamen suppressio non inducitur ex decreto facto ab Episcopo de auctoritate ecclesiarum non esse collegiatam, sed simplicem parochialem. Cum Episcopus, sicut non habet facultatem de non collegiata faciendi collegiatam, ex dictis supra num. 18. & etiam ex Rota part. 6. recentior. dec. 221. num. 29. & part. 7. dec. 99. num. 9. & part. 17. dec. 195. numer. 5. & 14. tanto minus habet hanc facultatem de collegiata faciendi non collegiatam; Rota part. 6. recentior. dict. dec. 321. num. 30. Uti nec potest curam suppressimæ, ut erigat dignitatem, Sacra Congr. Concil. in Pientina 14. Februarii. 1693. Collegialitas ecclesie, quando non constat de primæva legitima erectione, vel subsequenti privilegio apostolico, probatur ex conjecturis, iudiciis, & enuntiativis; Barbosa lib. 2. juris eccler. univ. cap. 6. num. 5. cum pluribus ibi citatis; Card. Petra tom. 3. comment. ad constitut. 7. Innocent. IV. sect. 2. num. 16. cum pluribus pariter ibi citatis; Rota part. 6. recent. dec. 221. num. 1. part. 16. dec. 234. part. 19. tom. 2. dec. 469. num. 16. Conjecturae autem, & iudicia potissima collegialitatis sunt. Primo: Ex immemorabili reputatione, & nominatione collegialitatis junctis enuntiativis antiquis, Rota part. 16. recentior. dec. 234. num. 5. Relin. in cap. Cum causam num. 4. de probat. Nonius consil. 73. n. 8. cum aliis relatis per Rotam dec. 587. num. 1. part. 4. divers. & dec. 90. num. 6. part. 10. recent. Secundo: Ex literis apostolicis dirigi solitis Canonice cathedralis, vel collegiate; cap. Statutum de rescriptis in 6. Amyden. de stylo Datarie lib. 1. cap. 5. num. 36. quest. 1. Rota part. 16. recentior. dict. dec. 134. num. 6. Tertio: Ex communi sigillo, id est, proprio ipsius collegii; cap. Dilecta, de excessibus Prælatorum. cap. Significavit, de appellat. Barbosa de Canon. cap. 2. num. 10. & lib. 2. juris eccler. cap. 6. num. 6. Petra loc. cit. num. 24. Dummodo tamen sigillum contineat insignia ipsius ecclesie, non autem ejus ministri, & exactoris; Rota part. 6. recentior. dec. 136. num. 17. Sigillum enim publicum, seu authenticum non nisi capitulis, & collegiis approbatis haberi licet ad faciendam fidem protota communitate, ut observat Gonzal. ad cit. cap. Dilecta tom. 3. Quarto: Ex communi arca, & massa, lib. 1. §. Quibus autem, ff. Quod cujusque unice. nom. Barbosa cit. lib. 1. numer. 6. cum aliis pluribus ibi adductis; Rota dec. 175. num. 1. & dec. 215. num. 2. coram Mantica, dec. 960. n. 3. coram Penia, dec. 1256. num. 1. coram Seraphin. dec. 482. num. 4. coram Ludovico, & dec. 584. num. 2. part. 4. divers. & dec. 56. n. 5. p. 5. recent. tom. 1. dec. 216. num. 2. part. 7. & dec. 234. num. 7. part. 16. recentior.

Quinto: Ex convocatione Canonicozum de mandato principalis dignitatis illorum capituli, & congregationi-

bus capitulariter factis; Barbosa loc. cit. num. 6. Vivian. de Jure patronatus part. 2. lib. 8. cap. 3. num. 3. & 5. Rota dec. 584. num. 2. & dec. 595. num. 1. & 2. part. 11. 4. divers. & coram Burat. dec. 475. num. 11. & coram Merlin. dec. 87. num. 10. & coram Ludov. dec. 482. num. 4. & coram Eminentiss. Otobon. dec. 240. num. 17. & 19. part. 16. recentior. dict. dec. 234. n. 9. & 10. Sexto: Ex electione, vel collatione Canonicozum facta per capitulum, & Canonicos ad hunc effectum congregatos; Rota part. 4. recent. tom. 2. dec. 465. num. 2. part. 6. dec. 221. num. 2. & 3. part. 16. dec. 234. num. 11. Rota in antiquit. dec. 8. num. 1. & 2. de præbend. Put. dec. 135. lib. 1. Seraphin. dec. 1021. n. 4. Septimo: Ex possessione tradita Canonicozum, cum assignatione stalli in choro, & loci in capitulo, facta per Canonicos capitulariter congregatos; Barbosa lib. 2. juris eccler. univ. cap. 6. num. 7. Vivian. de Jur. patronatus dec. 44. num. 2. Rota coram Penia dec. 960. num. 6. & dec. 1163. §. Tertium signum, & partit. 4. tom. 2. recentior. dec. 465. num. 2. part. 6. dec. 211. num. 5. part. 16. dec. 234. num. 12. Octavo: Ex receptione provisorum in fratres juncto nomine fraternitatis, quæ circumstantia plurimum ad id confert; Rota part. 6. recentior. dec. 227. num. 5. part. 16. dec. 234. num. 13. & coram Burat. dec. 809. num. 2. & 23. Paris. de resignat. lib. 6. quest. 5. num. 32. Vivian. de Jur. patronat. dec. 44. num. 2. Nono: Ex juramento positum ad provisum de servandis constitutionibus, statutis, & consuetudinibus ipsius ecclesie; Rota coram Mantica dec. 175. num. 1. vers. Item quia, & dec. 215. num. 1. & part. 4. divers. dec. 184. & 585. utrobique num. 1. & part. 17. recent. dec. 234. num. 12. Fagnan. in capit. Postulasti de Jur. patronat. num. 6. in fin. Barbosa, & alii passim. Decimo: Ex venditionibus, & locationibus, aliisque contractibus capitulariter factis; Alexand. cons. 74. num. 4. leg. Penia 4. dict. dec. 960. num. 5. Rota part. 16. recent. dec. 234. num. 8. Undecimo: Ex eo quod in ecclesia adsit aliquis uti caput, & Clerici, vel Canonici, uti membra; Alexander cons. 74. num. 5. lib. 4. Barbosa dict. lib. 2. num. 10. Mantica dec. 215. sub num. 1. vers. Unde; Rota in Cremonen. plebania 13. Januarii 1622. coram Rambaldo, & in Arclulana plebanie 13. Januarii 1624. coram Merlino. Duodecimo: Ex Jure eligendi Prælatum, cap. 1. de elect. Electio siquidem prælati in quolibet collegio de Jure pertinet ad personas ejusdem collegii, nisi adsint reservationes apostolicæ, ut in secunda, & tertia regula Cancellarie, ubi reservantur omnes dignitates majores post pontificalem in cathedralibus, & principales dignitates in collegiatis; cum enim Prælatum censeatur ille, qui est caput, habeat jurisdictionem in singulos de collegio, sequitur, ut ex ejus electione eruat maximum signum in probanda collegialitate; Cardin. de Luca de benef. dice. 14. num. 13. Lambertin. de Jure patronat. part. 1. lib. 1. quest. 5. princip. num. 4. pag. 39. Loter. de re benef. quest. 14. num. 74. Mascard. de probat. conclus. 584. num. 10. Cardin. Petra dict. tom. 3. in constit. 7. Innocent. IV. 2. num. 33. Tertiodecimo: Ex eo quod cura animarum sit pene capitulum, etiamsi habitu tantum; Loter. dict. quest. 14. num. 95. Cardinal. Petra loc. cit. num. 34. Rota dec. 60. num. 3. cor. Carrillo. Quartodecimo: Ex eo quod in actibus visitationis ab Episcopo dicatur collegiata, etiam hic præsumitur scire statum suarum ecclesiarum: vel si in ea fuerit facta provisio tamquam de prima dignitate; Petra loc. cit. numer. 34. Rota dec. 482. coram Ludovico, & in Mattheranen. Archiepiscopatus 27. Junii 1707. §. Collegialitas: coram Kaunitz, & in comment. canonicorum 11. Februarii 1704. §. Via fuit coram D. Severo. Quintodecimo: Ex declarationibus parochorum ejusdem ecclesie, quam conjecturam aliàs Rota maximi fecit: Rota

(1) Vide verb. Abbas per tot. & verb. Beneficium.

coram Penia, *decis. 1163. non. 12. & decis. 960. numer. 8. & apud Poth. de manus. decis. 30. num. 3. & coram. Bara. decis. 445. num. 1. vers. Ecclesiam vero; 49 & part. 19. tom. 2. recent. decis. 469. num. 17. Ex predictis igitur coniecturis, seu signis, aliisque sufficientibus, ecclesia est existimanda collegiata, licet de fundatione, aut ex privilegio non constet: sic censuit S. Rit. Congr. in una Caputaquens. 16. Januar. 1620. ut referit, & tenet Barbosa *di. lib. 2. cap. 62. Juris eccles. num. 4. & de canon. & dignit. cap. 2. num. 16. Non est autem necessarium, quod omnes supradictæ conjecturæ, seu signa simul concurrant, ut ecclesia dicatur collegiata; sed sufficit aliquas adesse, ex quibus id argui possit, & verisimiliter credi, ut per Rotam *decis. 584. numer. 2. part. 4. divers. Mant. decis. 215. num. 6. vers. Nec etiam; Rota part. 4. recentior. tom. 2. decis. 292. n. 12. part. 16. decis. 234. num. 4. part. 19. tom. 2. decis. 469. num. 22. Quædam locis max. citatis; Loter. *di. quest. 14. num. 79. cum sequent. advertens, ex multis fieri posse, ut sigillum deficiat, vel non sit in usu, vel etiam quod collegium non habeat Prælatum, cum ad ejus essentiam id minime necessarium sit.****

51 Collegiata insignis præcedit aliis non insignibus, etiamsi fuerint prius erectæ; Sac. Rit. Congr. in Firmiana 24. Maji 1612. Quamvis erectio sine præjudicio alterius facta fuerit; eadem Sac. Rit. Congr. in Nolana 21. Aprilis 1602. & in nullius, seu Firmiana 23. Martii 1602. Sic Barb. *Colleg. apost. decis. verb. Collegiata, num. 5. Quænam autem collegiata dicatur insignis in Jure canonico definitum non est; unde res ex facto dependet, attentò nomine insignis, quod ecclesiæ nobilitatem, & excellentiam præfert. Et Doctores volunt, ut collegiata communiter reputetur, & dicatur insignis, si sit matrix in loco, præcedatque aliis in publicis functionibus, sit antiqua, & conspicua quoad structuram materialiam, & numerositatem dignitatum, & canonicorum, aliorumve ministrorum, sitque in loco, seu oppido nobili, & numeroso, & peritorum copioso. Card. de Luc. *de præmin. disc. 8. n. 14. Barb. in cap. Transmissæ 33. de verb. signific. & de Jur. eccles. lib. 2. cap. 6. n. 15. & de canon. cap. 2. n. 19. Loter. de re benef. lib. 1. q. 15. d. n. 1. ad 9. Corrad. in præsi benef. lib. 1. cap. 1. n. 17. Aloys. Ricc. in Collect. *dec. part. 6. collectan. 2350. vers. Insignis Petra loc. cit. n. 36. & plene Rota dec. 29. per tot. part. 2. divers. Et quod in adjudicatione hujusmodi insignitatis fieri possit consideratio ex qualitate loci, fuit decisum à Sac. Rit. Congr. in una collegiata ecclesiæ Sancti Pauli civitatis Novæ Firmane dicitur à instantiam D. Ludovici Centoflorini, qui obtinuit dictam collegiatam dici insignem, eo quod oppidum, in quo sita est, insignem reddat numerus quatuordecim habitatorum, hoc est secularium 820. quatuor regularium conventus, & unum monasterium monialium, copia peritorum, & nobilium ibi existentium; sic refert Massobrius in sua præsi habendi concursus præful. 2. dub. 2. & trad. de synodo. *Episcopi cap. 4. dub. 14. num. 9. & ipso Barbosa locis citatis. Et insuper refert Massobrius ibidem, quod D. Ludovicus supplicavit Sac. Rit. Congr. ut dignaretur declarare. Primo: An Canonici ecclesiarum collegiatarum insignium debeant præcedere in synodo Canonicis ecclesiarum non insignium? Secundo: An debeant adhuc præcedere, si ecclesia collegiata non insignis sit antiquior in erectione? Tertio: Quid si erectio collegiata insignis facta fuerit sine præjudicio alterius? Sac. Rit. Congr. *Ad primum* respondit: Canonicos ecclesiarum collegiatarum insignium præferendos esse in synodo, ac processioni-bus canonicis ecclesiarum collegiatarum non insignium. 55 *Ad secundum*: Idem præferendos esse, etiamsi ecclesia collegiata non insignis sit antiquior in erectione. *Ad tertium*: Idem procedere, etiamsi erectio collegiata insignis facta fuerit cum clausula, sine alicujus præjudicio, cum eo ipso, quod ecclesia est effecta insignis, gaudeat privilegio ecclesiarum insignium; si ipse Massobrius loc. cit. & ex ipso Barbosa in cap. Transmissæ 33. de verbor. signific. num. 3.****

58 Pro expensis factis à Canonici pro obtinendo indulto deferendi cappas, & rochetum, non possunt ab ipsis

lienari bona ecclesiæ; Sac. Congr. Concilii in una Præsi benepacti die 7. Julii 1696. quæ denegavit capitulo facultatem alienandi capitale scutorum 25 aureorum relictorum eidem cum libera facultate erogandi pro ecclesia, ad effectum convertendicium capitale pro expensis Bullæ indulti deferendi cappas, & rochetum, quia non considerata utilitas evidens ecclesiæ; licet majus decus Canonicorum; & eadem Sac. Congr. Concilii in una montis regalis 19. Maji 1708. occasione, qua in civitate Cunei ejusdem diocesis erecta fuerat collegiata adhibita tantum auctoritate Ordinarii; cumque Episcopus successor Canonicos cogisset ad obtinendam, prout ab initio obtinere debuerant; dispensationem apostolicam, pro qua quemadmodum etiam pro indulto deferendi rochetum, & cappas, nonnullas fecerunt expensas; unde pro earum satisfactione supplicavit pro facultate alienandi, seu obligandi quædam stabilia ecclesiæ, quam ead. Sac. Congr. die, qua supra, concessit tantum pro expensis factis pro erectione collegiatae, non autem pro indulto deferendi cappam, & rochetum. Collegiata ecclesia circa ritus, & caeremonias, debet servare laudabiles, & antiquas consuetudines altarum similium ecclesiarum provinciarum; Sac. Rit. Congr. in Terracon. 25. Feb. 1606. Collegiatæ ecclesiæ statuta quærenda sunt à proprio Episcopo; ead. Sac. Rit. Congr. in Mediolanensi 28. Septembris 1602. Collegiata debet præcedere omnibus aliis ecclesiis simplicibus, vel quæ tantum parochiales sunt; Sac. Rit. Congr. in Nolana 10. Junii 1602. & in Senogallien. 23. Martii 1619. & 4. Aprilis 1620. Etiam si antequam erigeretur in collegiatam illis cederet; ead. Sac. Rit. Congr. in Terracon. Somnini 24. Februarii 1600. Archiepiscopus, & Canonici collegiatae, quæ non est parochia, possunt benedicerè cineres, & palmas, populoque distribuere similiter aquam, ignem, ova, fructus, & cetera omnia secundum Ritum sanctæ matris ecclesiæ; sed non possunt Sabbato sancto, vel alio tempore aspergere publice domos aqua benedicta, vel aliquem alium actum jurisdictionis parochialis exercere. Similiter non possunt Sabbato sancto pulsare campanas ante parochialem, neque aliquos communicare in paschate, nisi Presbyteros, & Clericos suæ collegiatae; Sac. Congr. Episcop. in Senogallien. 21. Julii 1578. Canonici collegiatae non tenentur inservire Episcopo extra eorum ecclesiam, nisi in casu necessitatis, aut contrariæ consuetudinis; Sac. Congr. Episcop. in Verulana 20. Jul. 1592. in Adrien. 10. Mart. 1597. & 20. Mart. 1637. Canonici collegiatae non tenentur intervenire processioni Sanctissimi Sacramenti, quæ fit in cathedrali qualibet tertia Domina mensis, quia illa est privata processio, cui non tenentur intervenire nisi Clerici illius ecclesiæ, in qua fit; Sac. Cong. Episc. in Verulana 20. Julii 1592.

67 Collegiata nuper erecta, subjecta est Ordinario, nec habet præcedentiam super alias; Sac. Congr. Episcop. in Nolana 29. Maji 1601. Capitulum cathedralis præbere non potest ullam molestiam capitulo collegiatae, quod teneat Clericos ad cantandum in choro, & extra, & servendum missas, & alius divinis officii cum cotta, & vestibus talaribus, eundem ad processiones, sepellendum mortuos, & celebranda divina officia in aliis ecclesiis, ubi invitantur; Sac. Congr. Episcop. in Barchinonens. 21. Aprilis 1592. Collegiatæ Canonici possunt iuxta eorum consuetudinem deferre crucem propriam in processionibus, dummodo digniores, & ultimum locum relinquat Clero ecclesiæ cathedrali; Sac. Rit. Congr. in Anconitana 24. Augusti 1609. Collegiata non debet accedere ad ecclesiam parochialem ad faciendam benedictionem, & distributionem candelarum, & palmarum, non obstante consuetudine; Sac. Rit. Congr. in Hostiens. Core 29. Aprilis 1607. In ecclesia collegiata possunt divina persolveri citius, quam in cathedrali, Sac. Cong. Episcop. in Bononiensi 3. Decembris 1620. Numerus trium Canonicorum congruus est ad collegiatam constituendam; Rota in Asculana Plebania 3. Januar. 1604. coram Merlino, & cum multis aliis Barbosa *lib. 2. Juris eccles. cap. 8. num. 8. & 9. Qui si recesserit, vel saltem de presenti non existat collegiata, adhuc tamen sufficit illam habitu esse, ad hoc ut censeri debeat collegiata;*

Ro.

Rota in Cremonensi Præposituræ 25. Februarii 1622. coram Rambaldo, & part. 6. recent. *decis. 221. num. 25. & 26. Barbosa loc. cit. cum aliis. Collegiata adhuc dicitur, & gaudet privilegiis, deficientibus omnibus illius Canonici; & tantum uno remanente; Sac. Congreg. Concilii sub die 6. Aprilis 1621. Ecclesia parochialis erigi potest in collegiatam, & nihilominus cura remanere penes Parochum, prout antea erat, non autem in collegiatam, vel dignitatem transferri; Rota in Mediolanensi Jurium parochialium coram Barb. 10. part. 19. tom. 1. recent. *decis. 225. num. 24. Collegiata antiquior, quæ habet insignitatem à Jure, præfertur habenti insignitatem ex privilegio posteriori; Sac. Rit. Congr. in civitatibus Castellane præcedentis 13. Febr. 1700. & in Novariensi 8. Maji ejusdem anni 1700.**

77 Freqventer de eo disputari solet, an aliqua ecclesia sit collegiata? Jam vero si erectio ecclesiæ in collegiatam reservata est sanctæ Sedi, non aliter probari potest ecclesiam aliquam esse collegiatam, quam apostolico privilegio, vel vero, vel saltem presumpto, indices licet eruto, quod fuerit ecclesia, de qua questio est, per spatium immemorabile, aut centenarium habita pro collegiata; Rota in Gerundens. Canonicius 3. Mart. 1727. cor. clar. mem. Calcagnin. ubi quod privilegium apostolicum præsumi haud potest, quoties de tempore proximo præsentis illius expeditionis, de ipso doctum haud est, occasione alterius litis, nec ejus notitia haberi potest, ex revolutione actorum Datarie, in quibus annotari debuisset, quantumvis concessa per Secretarium Status, aut Brevium.

79 Difficile vero est statuere, ex quibus ecclesia dicenda sit habita pro collegiata. Datur enim ecclesia communitativa, quæ in multis convenit cum ecclesia collegiata.

80 Quocirca nisi sciatur differentia intercedens ecclesiam communitativam inter, & ecclesiam collegiatam, facile haud est adjudicare, ex quibus habenda sit aliqua ecclesia pro collegiata.

82 Quoad ea quæ natura sua requirit unaquæque communitas, non differt ecclesia communitativa ab ecclesia collegiata. Sigillum, stallum, communis massa, communis arca, archivium commune, locus certus, tum signum sese congregandi, statuta, juramentum de iis servandis, liber resolutionum, & alia id genus, utpote propria uniuscujusque communiatas, non solum conveniunt ecclesie communitativæ; Rota in Celson. admissionis 5. Jul. 1751. §. 4. coram Illustrissimo Migazzi, & in Barchinonens. collegiatæ 9. Maji 1755. §. 3. coram Reverendissimo P. D. Buzio. Quocirca ex his suscitari nequit, ecclesiam aliquam habitam esse pro collegiata, & quidem etiam si præterea tributa sit ecclesiæ denominatæ collegiatae, & beneficiatis illa Canonice; Rota in Thelesina collegiatæ 5. Julii 1754. coram Eminentissimo Crescentio.

86 Differt vero ecclesia communitativa ab ecclesia collegiata, quod in ecclesia communitativa nequeunt esse dignitates, ut tradunt Fagn. in cap. Ut Abbates n. 23. de ear. & qualitat. Thomassin. de veter. & nov. eccles. discipl. tom. 1. lib. 2. cap. 8. n. 8. & rescriptis Sac. Congr. Concilii interpres in Cassanen. *Matriciatis 3. April. 1756. ad dubit. 5.* & sic locus esse nequit regulæ quartæ: *Canellarie reservant perpetuo sanctæ Sedi primam dignitatem ecclesiarum cathedralium, & collegiarum.* In ecclesia autem collegiata non solum esse possunt dignitates, sed esse debet una saltem dignitas, eaque juxta mox dictam regulam quartam perpetuo sanctæ Sedi reservata. Insignia non conveniunt Beneficiatis ecclesiæ communitativæ; at conveniunt Canonicis ecclesiæ collegiatae; Rigant. in comment. ad regul. 4. *Canellar. §. 2. num. 92.* Executio literarum apostolicarum nunquam committitur à Summo Pontifice ecclesiæ communitivæ, at committi solet Canonicis collegiatae; Rot. in recentior. *decis. 234. num. 6. part. 16. coram Molin. decis. 156. n. 11.* Sunt etiam qui tenent, ad residentiam præcisam de Jure non teneri Beneficiatos ecclesiæ communitativæ; teneri vero Canonicos ecclesiæ collegiatae. Sed dicemus de hoc in addit. ad verb. Residentia. Quod si concurrant, & quidem per tempus legitimum ea, quæ æque conveniunt ecclesiæ communitativæ, ac ecclesiæ colle-

ERRATA. BIBLIOT. TOM. II.

giata; tum hæc, quæ propria distinctæ sunt ecclesiæ collegiatae, concludi potest aliquam ecclesiam esse collegiatam privilegio apostolico. præsumpto. Confer Rigant. *loc. mox citat. à n. 43. ad fin.* ubi quod Rota variavit in hac materia.

Recteque monet idem Auctor n. 39. rigide inquirendum de collegialitate, si de ea questio sit ad omnes effectus; secus vero si de ipsa disputari contingat incidenter ad unum, vel alterum effectum.

*** Collegium vel universitas tamquam representans unam personam non dicitur aliquid fecisse, nisi omnes vel major ejus pars consenserint.

Et si vota scandantur in duas partes æquales, non ideo constituunt duo collegia, vel duas universitates.

Collegium vel universitas habens Juspatronatus, si dividatur in duas partes habentes æquæ illa vota, quarum una unum, alia alium præsentet, utraque valet, & est locus gratificationi pensatis meritis utriusque præsentati. Ita Lambertinus *de Jur. lib. 2. part. 2. q. 3. 8. d. n. 10.*

Scissa universitate vel collegio in duas partes habentes æqualia vota circa presentationem, adhuc illa pars dicitur major, & sanior quæ præsentavit digniorem; ratio est quia majoritas, & sanioritas non coalescit tantum ex numero, sed etiam ex meritis electi, & dignitate eligentium, cum quibus in paritate numeri efficitur major, & sanior pars, ut relatís antiquioribus firmavit Rota coram Rota *decis. 26. n. 33. & 34.*

Si autem cum paritate votorum concurrat paritas meritorum in præsentatis, electio non est conclusa, nec est locus gratificationi Ordinarii, aut alterius inferioris à Papa; juxta Gloss. in cap. Ecclesia vestra 57. *de election. quæ ibi explicat Joan. Andreas, & Abb. n. 13. circa fin. vers. Dicit.*

Præsentati ab universitate vel collegio, si paria vota bis in scrutinio uterque sortitus sit, Papa solus potest gratificare, etiam pendente termino ad eligendum, inferior vero non potest gratificare, sed tantum providere Jure devoluto, elapso dicto termino. Ita Loth. & Panormit. in *di. cap. Ecclesia vestra n. 13. in fin. vers. Sed si potestas eligendi.*

Pendente termino ad eligendum, potest collegium vel universitas toties quoties sibi videbitur iterare scrutinium, donec sequatur electio per majorem partem.

Potest etiam durantes termino adiri superior, ut compellat ad concordandum intra certum terminum, quo elapso, ad ipsum devolvatur electio, ut docuit Gloss. in cap. penulti in 6. *in verb. Tenetur.*

Patroni plures singulares si discordent in presentatione, fit locus gratificationi; secus quando illi plures constituunt unicam vocem individuaum, ut in universitate & collegio, quia tunc attenditur tantum factum à majori parte, & si partes sunt æquales, nulla dici potest facta presentatio; Rota *decis. 148. n. 10. penes Virian. de Jur. patronat. d. 1.*

Ideo hoc casu nulla esset provisio apostolica facta pendente termino ad presentandum favore unius ex præsentatis.

Jura collegii remanent etiam in uno, & apud ipsum stat nomen totius universitatis.

Ad extinguendum collegium actu attenditur factum de facto, sed in habitu attenditur factum de Jure.

Destructio collegii per desuetudinem, seu rerum naturam, æquiparatur destructioni factæ de Jure.

Præpositus ubi adest, regulariter indicat, se fuisse caput collegii, quod procedit, concurrente circumstantia, quod sub eo antiquitus aderant Canonici tamquam membra ipsius corporis.

Nomen Præpositi per se non adaptatur Parocho, vel Plebano; potest tamen esse Parochus, relictò nomine Præpositi, ex quo cura animarum est penes collegium, & exercetur per Præpositum tantum capit ejusdem.

Acclamatio, seu congratulatio vocalium post electionem factam cum majori parte respectu minoris, vim habet collegialis approbationis; sic sæpe decisum fuit per Rotam in *Leadien. præposituræ 3. Martii 1648. §. final. coram Albergo, & 2. Junii 1687. §. fin. & 26. Januar. 1681. §. fin. coram Benincasa.*

Co.

Ex

- 13 Ex dispoſitione Juris communis electio Praelati in collegiata pertinet ad collegium, seu capitulum, ex c. In Genesi, & c. In veteri, de electione. quod affirmant quoque Card. de Luca de benef. disc. 12. n. 13. Garzias de benef. pars. 5. c. 5. n. 58. & sequent. & Roa dec. 31. n. 8. (Videantur quæ in fin. n. 16. notantur.)

COLOR PARAMENTORUM.

Vide verb. Paramenta sacra à n. 25. ad 28.

COMA FICTITIA, seu adscititia.

SUMMARIUM.

- 1 Coma fictitia, seu adscititia, vulgo Parrucca, est perennis ecclesiasticis prohibita.
- 2 Nec valet consuetudo contraria.
- 3 Referuntur varii Summi Pontifices, qui per specialia edita sub gravibus penis eam interdixerunt.
- 4 Afferuntur verba editi Clementis IX.
- 5 Afferuntur verba editi Innocentii XI.
- 6 Afferuntur verba editi Innocentii XII.
- 7 Afferuntur verba alterius editi Innocentii XII.
- 8 Quæ omnia edita confirmata fuerunt à Clemente XI. ad num. 11.
- 9 Afferuntur verba editi Benedicti XIII. confirmatorum omnium supradictorum.
- 10 Tales comas fictitias, seu capillitiam adscititiam, pluries prohibuit expresse Sac. Congr. Concil.
- 11 Hinc plurimi, ac gravissimi Doctores tenent Clericos præsertim in sacris constitutos, vel Beneficiatos deferentes comam adscititiam, peccare mortaliter.
- 12 Alia ad rem remissiva.
- 13 Subnectuntur supplementa Auctoris, ad n. 21.
- 14 COMA FICTITIA, seu adscititia, vulgo Parrucca, est personis ecclesiasticis interdicta. Sic sæpe sæpius statuerunt Summi Pontifices, Concilia, tum generalia, tum provincialia, tum synodalia, adeo ut à Caston. in tract. de corona, tonsura, & habitu Clericorum, à Clericato in miscellan. decis. 109. num. 5. & ab Ursaya tom. 4. part. 1. discept. 20. num. 54. numerentur ad id decret. 16. Bullarum apostolicarum, 10. Conciliorum generalium, provincialium 136. synodalium 252.
- 15 Nec valet consuetudo contraria, ut optime Clericus loc. cit. præcis his verbis: Nec suffragari potest contraria consuetudo particularium personarum, vel locorum, quia hæc tamquam abusus, & corruptela ubique terrarum declarata est, ac damnata infinitis propemodum constitutionibus, quas collegit Caston. Chamillard in tract. de corona, tonsura, & habitu Clericorum. in quo leguntur decret. 16. Bullar. apostolicarum, 10. Concil. general. provinc. 136. synodal. 252. & ulterius referuntur plurima SS. Patrum sententia, Principum, ac Senatuum edita, Theologorum, ac Canonistarum allegationes in condemnationem Clericorum relaxantium comam. Neminem verò laet invidiam, nulliusque roboris esse consuetudinem (quamvis censurariam, & immemorabilem) que declarata est abusus, & corruptela.
- 16 Hinc Clemens IX. Innocentius XI. & Innocentius XII. Clemens XI. Benedictus XIII. per specialia edita sub gravibus penis interdixere personis ecclesiasticis tales fictitias comas, seu adscititiam capillitiam. Verba editi san. mem. Clem. IX. sub die 29. Jun. 1667. sunt sequentia: Comanda, che non sia permesso &c. con avere la Chierica, Corona ecclesiastica &c. è senza Zazzera, o Capigliatura, & questo sotto pena di scudi dieci d' applicarsi ad opere pie, & Luoghi pii conforme al solito.

Verba editi san. mem. Innocentii XI. sub die 10. Octobris 1681. sunt ista: Che la Chierica si veda, & li capelli siano corti, acciò non resti coperta, & si distingua il Sacerdote per la tonsura, ed abito.

Verba editi san. mem. Innocentii XII. sub die 20. Novembris 1691. sunt sequentia: Si ordina parimente è comanda, che nessun Sacerdote è Chierico ancora di prima tonsura, come sopra, porti Zazzera, o Capigliatura, & nemmeno Zazzera, è capelli fini chiamata volgarmente Parrucca, che cuopra la fronte, è l' orecchie, sotto pena &c. per qualsivoglia volta si trasgredirà, della carcere, è di scudi dieci d' applicarsi ad opere, è Luoghi pii.

Verba editi ejusdem san. mem. Innocentii XII. sub die 31. Martii 1696. sunt hæc: Che verum Sacerdote, o ordinato in Sacris, o ancora Chierico di prima Tonsura, come sopra, porti Zazzera, o Capigliatura, che cuopra la fronte, è orecchie, sotto pena in ciascheduno di detti casi, è per qualsivoglia volta, che si trasgredirà, di dieci scudi d' applicarsi subito ad opere &c. Luoghi Pii, ed altrettanti giorni di carcere. Che non permittano &c. che il Sacerdote celebri con capigliatura finta detta comunemente Parrucca, sotto pena intanto a' medesimi deputati, o Sagrestiani come sopra, quanto a' Sacerdoti, che celebrano in qualsivoglia di detti casi, della Sospensione da' Divini Offizj da incorrersi ipso facto senza altra dichiarazione.

Quæ edita confirmata fuerunt à san. mem. Clemente XI. die 7. Decembris 1706. sequentibus verbis: "Primeramente col presente Editto si rinnovano gli altri sopra tal materia publicati, ed in specie li 19. Giugno 1667. & li 10. Ottobre 1681. li 20. Novembre 1691. & li 22. Novembre 1696. & li 31. Marzo 1699. dai Sommi Pontefici Clement. IX. Innoc. XI. & Innoc. XII. &c.

"Si ordina parimente, è comanda, che verum Sacerdote, ed ordinato in Sacris, o ancora Chierico di prima Tonsura, come sopra, porti Zazzera, o capigliatura, che cuopra la fronte, è l' orecchie sotto pena in ciascheduno di detti casi, è per qualsivoglia volta, che si trasgredirà, di dieci scudi d' applicarsi subito ad Opere & Luoghi Pii, ed altrettanti giorni di carcere. Potendo in oltre esser certi quelli, che contravverranno, che la loro disobbedienza sarà ad essi di totale impedimento per conseguire qualsivoglia beneficio, o officio ecclesiastico. Nec non die 18. Junii 1714. sequentibus verbis. Che non si permetta, che alcun Sacerdote celebri con capigliatura finta detta comunemente Parrucca. Altrimente incorreranno nella Sospensione ipso facto secondo l' ultimo Editto.

Immo idem san. mem. Clem. XI. quoad obligatos ad chorum in Urbis basilicis, & collegiatis ecclesiis die 4. Maji 1701. per organum Congregationis Viscitat. Apostolicæ sequens publicavit preceptum punctualissime executioni usque ad hodie demandatum, & registratum in lib. decret. ejusdem Sac. Congr. ab anno 1683. usque ad annum 1705. fol. 154.

"Considerando la Santità di N. S. Papa Clemente XI. quello, che da' Sacri Canonici, dal Sacro Concilio di Trento, e da altre Ordinationi Apostolicis prescrive sopra la moderazione, e congrua Tonsura di Capelli delle Persone Ecclesiastiche, è riconoscendosi dalla S. S. quanto repugni alla disposizione de' medesimi Sacri Canonici, e sia disconveniente ed indecente a chiunque professi stato Clericale, usare capelliere finte dette volgarmente Parrucche, è specialmente a quelli, che essendo obbligati a servizio delle Chiese devono assistere alli Divini Offizj, nel Coro: D' ordine espresso datoci a bocca comanda, che in avvenire principiando dal primo giorno d' Agosto dell' anno corrente, e di qui, che in qualsivoglia Basilica e Chiesa di Roma godi Vicariati, Dignità, Canonici, Benefizj, e Chiericati, Mansionariati, Cappellanie perpetue, o annuali, Prebende, ed ogni altro Offizio, che con qualunque titolo abbia annesso il servizio della Chiesa, è l' assistenza del Coro, non intervenga con capelli finti, girelli posticci, o Parrucche, benchè queste fossero lisce, corte, e moderate; o con Berrettini

di artificio straordinario, & insolito a praticarsi, e la S. S. espressamente comanda, che ciascheduno de' soprannomati; che ardisse d' intervenire, ed assistere alle Messe, Divini Offizj, Processioni, ed ogni altra funzione ecclesiastica con capelli finti, girelli, Parrucche, ovvero Berrettini di artificio straordinario, ed insolito a praticarsi come sopra, terminato il mese di Luglio prossimo venturo; sia tenuto, è riputato come assente, ne dalli Puntatori si pinti, come se non fosse in modo alcuno intervenuto, è presente, lasciando in suo vigore tutte le ordinationi, proibizioni, e pene rispettivamente altre volte decretate contro li Ecclesiastici, che &c. usassero Capelli finti, e Parrucche.

Verba editi san. mem. Benedicti XIII. sub die 20. Decembris 1724. sunt ista: "Primeramente col presente Editto si rinnovano gli altri sopra tal materia publicati, ed in specie a 29. Giugno 1667. a 10. Ottobre 1681. a 20. Novemb. 1691. a 22. Novemb. 1696. ed a 17. Decemb. 1706. per ordine de' Sommi Pontefici Clem. IX. Innoc. IX. Innoc. XII. e di Clem. XI. di fel. mem. ed a quelli riferendosi, è rispettivamente ampliandoli ordinati, è comanda: Che niun Sacerdote, ed ordinato in Sacris, o Chierico Beneficiato, come sopra, ancorchè nil Benefizio sia tenne secondo la risoluzione della Sacra Cong. del Concilio à 18. Sett. 1677. possa andare per la Città dalla levata del Sole sino a mezzo' ora di notte con Abito, e veste corta, e sia tenuto andare con Abito lungo sino al collo del piede detto volgarmente Abito talare, che ciascheduno de' suddetti devono avere; e se vi fosse qualcheuno, che non l' avesse, se li dà un mese di tempo a provvedersene, ed in oltre debba sempre portare la Chierica, o sia Corona, è Tonsura Clericale della grandezza conveniente all' Ordine, è grado di ciascheduno, la quale però non sia minore d' un Testone, è sia totalmente apparente, e così spesso rinnovata, che si possa ben vedere.

"Ordina parimente, è comanda, che niun Sacerdote, ed ordinato in Sacris, o ancora Chierico di prima Tonsura, come sopra, porti zazzera, o capigliatura, che cuopra la fronte, e le orecchie, è molto meno usi Parrucca sotto pena in ciascheduno di detti casi, è per qualsivoglia volta, che si trasgredirà, di dieci scudi ad applicarsi subito ad opere, è Luoghi Pii, è di altrettanti giorni di carcere, potendo in oltre esser certi quei, che contravverranno, che la disobbedienza sarà loro di totale impedimento per conseguire qualsivoglia Benefizio, o Officio Ecclesiastico. Comanda parimente a tutti i Rettori, Sagrestani, Cappellani, Custodi, o altri sotto qualsivoglia nome deputati all' amministrazione, cura, o sovranendenza di qualsivoglia Sagrestia, tanto nelle Patriarchali, Basiliche, Collegiate, Congregazioni, Oratorii, Cappelle, Ospedali, ed altre Chiese secolari; quanto di qualsivoglia Chiesa Regolare, o in qualsivoglia modo privilegiata, tanto dentro in Roma, come de' Sobborghi, che non permettano ad alcun Sacerdoti di celebrare nelle loro Chiese, o Cappelle senza la Chierica, o Tonsura Chiericale, o senza l' Abito decente, e talare; qual' Abito il Sacerdote l' abbia indossato avanti l' ingresso della Chiesa; nè possa esser prestato, o vestirsene dentro la Sagrestia, o che il Sacerdote celebri con capigliatura finta detta comunemente Parrucca, ovvero con l' anello, anzi che nè tanto permettano di celebrare a qualsivoglia Sacerdote, in cui si riconosce chiaramente, che porta Parrucca, ancorchè la lasci in Sagrestia, o prima d' entrare in essa, sotto pena tanto a' medesimi deputati, e Sagrestiani, come sopra, quanto a' Sacerdoti, che celebrano in qualsivoglia de' detti casi, della sospensione a Divinis quod incurretis ipso facto senza altra dichiarazione per quindici giorni riservata a Noi, oltre alle altre di carcere, è pecuniarie come sopra espresse."

Et tales comas fictitias, seu capillitiam adscititiam pluries prohibuit expresse Sacra Congreg. Concil. & signanter in Bergomen. sub die 9. Decemb. 1690. lib. 4. Decret. fol. 765. rejiciendo instantiam Abbatis Petri Nigroni Canonici Cathedralis deferendi comam fictitiam in choro sub pretextu frigiditatis, & subtilitatis aeris; & in Villar. Bologn. Tom. II.

gilen. Synodi 28. Maji 1699. ad dub. 28. ubi approbavit penam excommunicationis impostam Clericis ferentibus dictas comas fictitias, aut capillitiam adscititiam; in Melphiten. 8. Aug. 1722. approbando edictum Episcopi interdicentis Clericis sub penis arbitrariis etiam excommunicationis, delationem capillitiam adscititiam, seu comæ fictitiæ vulgo Parruca.

Hinc plurimi ac gravissimi Doctores tenent Clericos præsertim in Sacris constitutos, vel Beneficiatos deferentes comam adscititiam calamitratam contra pontificias, conciliares, ac synodales prohibitiones, peccare mortaliter, cum obligent sub culpa gravi, per text. in cap. Si quis venerit, 2. de majori. & obediens. ibique Barbosa n. 6. & 7. de communi sententia testatur Fagnan. in cap. Quoniam 13. de constitutionibus n. 22. & Clericatus de Sacrificio Missæ decis. 48. à n. 21. ad n. 27. reprobando inclinantes in oppositum, responderet omnibus contrariis, optimum dans consilium Confessaribus, ne obsolvant Clericos adulteros capillos gestantes, eo quod id involvat lethalem culpam; ibi: "Utinam criniti Clerici, & eorum Confessarii serio considerarent delationem comæ in Ministris Sacris esse peccatum mortale, ut probant &c. Hi enim non impenderent ipsis sacramentalem absolutionem, & illi melius consulere animabus suis."

Et in terminis exclamando contra similem abusum, & junctis manibus Deum exorando, ut nostrorum temporum Confessarum imitarentur Confessarios illos, qui absolutum negant Clericis ad ipsos accedentes cum fictitia coma, inter quos pie memorie vir P. Joannes Maria Mons-rubens Sacerdos Congr. Oratorii Paravi. atque P. Joannes Marianus in Historia Congreg. Oratorii Neapolis tom. 4. lib. 3. cap. 9. ibi: "Fosse in piacere di Dio, che in questi nostri tempi, ne quali gli Ecclesiastici anche Sacerdoti non contenti de' proprj Capelli, li prendono in prestito da altri, comprandoli à caro prezzo, per vanamente ornare il loro venerando Capo, vi fossero molti imitatori del Monastero, che con petto costante latrassero come cani fedeli contro questo intollerabile abuso, come giusti, e severi Giudici negassero a' Trasgressori l' assoluzione, che ben tosto si vedrebbe tolta la vanità de' Capelli, e delle vesti corrote, e quasi secolaresche, che con si poca edificazione si usano oggi da molti Ecclesiastici. Et Clericis, de Sacramento. Ordin. dec. 10. num. 28. ubi quod idem P. Mons-rubens (sunt ejus præcisa verba) adeo zelabat observantiam sacrorum canonum circa clericalem tonsuram, ut cuiuscunque Clerico comam, capillosve promixtos deferenti constanter absolutionem sacramentalem negaret. Et quadam die Capellano cujusdam externi Episcopi, ac Principis, prohibuit celebrare in ecclesia sui oratorii, quia comatus erat, & eidem Capellano dicenti sibi usum ferendi comam ab ecclesiasticis esse universalem, pius Pater respondit absolutio fore, & corruptelam incessanter ab ecclesia, & à Summis Pontificibus damnata &c. Quapropter Capellanus ille confusus, & ejus herus convictus absque missæ celebratione discesserunt." Sic ad litteram refert doctissimus D. Ursaya tom. 4. part. 1. discept. 20. à num. 59. ad 62. Vide ipsum per totam dictam disceptationem, ubi plurima ad rem scitu dignissima.

* Gestationem comæ fictitiæ, vulgo Parrucca, esse 15 Personis Ecclesiasticis interdictam jam supra late tradidi, & verb. Pileotis. Hinc solent zelantes Episcopi suis in Synodis, aut Edictis sub gravibus penis eam Clericis omnibus prohibere, reservata sibi facultate, qua pollut, ut eruditissime suo more tradit Benedictus XIV. de Synodo Diocesana lib. 7. cap. 60. num. 5. eam permissam illis, qui Medicorum judicio valetudinis causa, ipsa indigent, ut prudenter factum animadvertit in Synodo Bononiensi anno 1698. lib. 3. cap. 1. ubi similis prohibitio hæc mitigatur limitatione: Nisi ex causa Nobis, vel Vicario nostro cognita indulgentia ad tempus arbitrabitur, atque in Synodo Asculana anni 1719. cap. 20. nisi ex justa, & rationabili causa dispensationem impetaverint. Et in hac Synodo Alexandrina anni 1732. cui & ego tamquam Consultor, atque Examinator interfui, ubi sub cap. 10. de vita & honestate Cle-